Illogismi quos cõdicionales latine ut ꝓpositiões appellare possumus tribus cõstant partibus pro positione assũptiõe conclusione Hoꝝ septem sunt modi quoꝝ tres e rationali quatuor e disiunctiua & copulatã oriuntur Primus modus est cum primum assumit̃ ut annexim concludatur hoc modo si homo est animal est atqui homo est animal igitur est item si animal nõ est homo non est non est autem animal nõ est igit̃ homo Secundus est cum annexim in assumptione tollitur ut id quoq; quod antecedit tollatur hoc pacto atqui aĩal non est nec homo igitur item atqui hõ est animal igit̃ est item si dies est nox non est sed est hoc illud igitur item si sanus non ẽ ægrotat atqui non ægrotat sanus igitur Tertius est modus cum propositionis negatiuæ cõdicionalis quæ repugnantibus aut contrariis cõstet partibus antecedens affirmatur ut annexum tollatur

hoc modo non ſi homo eſt animal non ē atqui homo ē animal igitur ē item non ſi repudiata ē uxor eſt ſed re pudiata ē uxor igitur non eſt Significant autem hu ius negatiuæ propoſitiones impoſſibile omnino eſſe ſi antecedens ē qn conſequens ſit unde & concluſionem neceſſario ſemper inferri demōſtrant diximus autem e contrariis uel repugnantibus conſtare partibus huius tertii modi propoſitiones quoniam quæ aliter ſe habēt ſillogiſmum nullum conſtituūt neque impoſibile ſigni ficant poſito antecedente non eſſe conſequens ſed eo dato non id circo eſſe uel non eſſe cōſequens Quare ſil logiſmum inde nullum faciemus ſed qui contra fieri poſſet eum deſtruimus ut pro Milone Cicero niſi uero aut ille dies in quo. T. Graccus eſt cæſus aut ille ī quo .C. ānius aut ī quo arma Satnini nō & ſi e republica oppreſſa ſunt .r.p. tāen non uulnerarunt nam tum ita poſſent aduerſarii milonis dicere ſi e re.p. fuit cædes Clodii rempublicā non uulnerauit uulnerauit autem rē publicam quoniam aduerſus eum facta ē ut ſenatus de creuit nō fuit igitur e repuplica milonis defenſores īnu ere uidebantur Cicero non ſi e republica fuit cædes clo/ dii rempublicam tamen non uulnerauit opponit cuius ſenſus eſt ut diximus antecedente dato non ſequi eſſe uel non eſſe quod annexū eſt idque ꝓbat tribus exem plis quorum primum eſt ut in formam ſuam ſeparatī redigantur Non ſi Ticius Graccus e republica oppreſ ſus eſt ille dies ī quo cæſus eſt rempublicam non uulne rauit Alterū non ſi ānius e rep. oppreſſus eſt ille dies ī

ĩ quo cæſus ẽ remp. nõ uulnerauit Tertiũ non ſi arma ſa turnini in illo die quo cæſus eſt e rep. oppreſſa ſunt rẽ publicam tamen non uulnerauerunt quod ſi hæc ita ſe habent poteſt etiam. P. clodius & e republica cæſus eſſe & remp. tamen uulneraſſe cum nulla ſit uis in libera ci uitate inter ciues ſuſcepta niſi cõtra remp. Hæc dixiũs latius uel ut ille locus qui ſubobſcurior eſt cum multa in unũ contorta oratione confundat intelligatur uel ut ex hoc etiam ĩtelligas quam rudes atq; ignorantes illi ſint qui ſine artificio præclaros oratores ſcripſiſſe cõtẽ dunt cum ſi quis artificii expers eos intelligere uelit is ad nucleum cũ nullo pacto peruenire poſſit quaſi inſa nus cõtemnẽdus eſſe uideatur duplex ergo huiuſmodi negatiuæ conditionalis ſenſus eſt unus ex quo tertiũ conditionalem ſillogiſmorum modũ conſtituiũs Alter ex quo nullũ facimus ipſi ſillogiſmũ ſed aut factum di luimus aut ne fiat prouidemus Prioris exemplum non ſi dies eſt lux non eſt id eſt impoſſibile eſt ſi dies eſt quin lux ſit Poſterioris non ſi dies non eſt lux non eſt ideſt non ſequitur non eſſe lucẽ ſi dies non ẽ Item nõ ſi homo eſt albus eſt nõ. n. ſequit̃ album eſſe ſi hõ eſt ita primus ſenſus in his quæ contrariis uel repugnantibus conſtant Alter in reliquis habetur uerũ hoc tertio ra/ tiocinationis modo breuiſſime inferuntur Cicerone te ſte quæ ad hereniũ ipſe contraria appellat græci enthi memata per excellentiã dicũt Nã cum omnis ſentẽtia enthimema dici græce poſſit hæc maxime quoniã ſiũt acutiſſima nomen cõmune tãquam ꝓpriũ poſſederunt

qua ratione Aristoteles etiam motus omnē imperfectā ratiocinationē enthimema uocat est enim tanto acutior absoluto sillogismo simplex conclusio quāto breuior ue rum enthimemata rhetorū quæ accutissima sunt nescio qua ratione impulsus boetius huius tertii modi solam esse contendit ꝓpositionem in cōmentariis quos super ciceronis topica edidit maxime cū cicero ex contrariis hæc conclusa dicat & ipsa ratio nihil acutius dici ostē/ dat quod in se ipsum nil rationis contineat Quare ut circuitus quem græce periodū appellamus quoque uti propriū oratoris maxime multi dicunt quoniam orati onis uno cōtestu breui ac coacto propositionis rationis ac conclusionis uim absolutior quidem ipsis uerbis cōti net imperfectior autem colligit ut ergo circuitus ma gnam id circo uim habet quoniam argumentationem totam breuius ac ocultius & uno spiritu absoluit sic en thimema quo rhetores maxime laudamus si eo facile ac copiose ubi oportet utamur ratione concludi creden dum est quod & Cicero innuit pressius ut pleraq; solet cū dicat ex contrariis concludi quare non erit syllogis mi propositio ut boetius sentit sed conclusio simul ac assumptio enthimema quod ut apertius pateat & lati us enodetur quos cum plures essent uicimus eos pauci ores timemus utraq; ratione & quoniā posterior pars antecedētis oppositum cōsequitur & quoniam præcedē ti posterioris oppositū ānectit̃ quāuis & uerba ipsa plu res ac pauci uincere ac timere repugnant modum uero conclusionis hūc tā in repugnātibus quā in contrariis

fieri diximus Quare enthimema quod aſſumptione &
concluſione conſtat huiuſmodi eſt quos cũ plures eſſẽt
uicimus eos pauciores timemus hác repugnantẽ ꝓpo
ſitionem negemus ſic non quos cum plures eſſent uici
mus eos pauciores timemus deĩde aſſumamus ſed eos
cum plures eſſent uicimus eos ergo pauciores nõ time
mus huius ratiocinationis aſſumptio in enthimem ate
uidelicet primo poſita eſt concluſio uero cũ negatiuæ ĩ
ferri debuiſſet abſque negatiõe qdẽ ſed cũ ĩterrogatĩõe
prolata eſt tenet enim plerunque interrogatio negati/
onis uim ita enthimema huiuſmodi ad ſimplicem con
cluſionem redire uidetur quam ut diximus Ariſtoteles
enthimema uoluit appellari differt tamen ab ea non
ſolũ acuitate ac uiribus quas maiores poſſidet hic mo/
dus ſed etiam quoniam uis illationis appertiſſima ibi
ocultior hic Ac ideo animũ facilius illabitur ac labefac
tat quod omniũ ꝓprium eſt in quibus artificiũ magis
latet abditũ Hic autem ita reconditũ eſt ut non rudes
ſolum ſed etiam eos qui rhetoricam profitentur ac do
cent omnino fugiat quæ quoniam cupimus õnibus eſſe
notiſſima alia congeramus exempla qui ſe amicis in
exorabilem prebet is erit placabilis inimicis ? Hæc oratĩo
contrariis partibus iuncta eſt ex hac in tertio modo ra
tiocinatio fiet hoc pacto nõ qui ſe amicis inexorabilem
præbet is erit placabilis inimicis ſed is ſe amicis ĩexo
rabilẽ præbet non erit is igitur placabilis inimicis itẽ
hoc metuere alteꝝ in metu non ponere hoc enĩ ita bre
uius in topicis poſuit Cicero Nos latius atque aptius

absoluamus paucos īterficere ciues metuis totā remp. interire non metuis hic similiter contraria metuere ac non metuere omnia enim opposita præter relatiua sæpi us contraria solent nominari Fiat igitur ratiotinatio ī tertio modo sic Nā & paucos interficere ciues metuis ac totam remp. interire non metuis sed paucos interfi cere ciues metuis totā ergo rempublicā magis iterire metuis magis adiecimus ut ostenderemus crescere nō nūquā enthimema & maioris ac minoris uim ocultius subostendere nō.n.quemadmodum dialetici distictius ratiocinationis partibus positis atque simplicibus ut & nos in hoc opusculo docendi causa fecimus sic oratores separatis atque integris partibus argumentationem ī cludunt nam id ut docenti necessarium sic ab eo qui di cit alienissimū sed confusis nō nūquā partibus plerūq; aliis neglectis aliis mutatis pressius quod uolūt & acri us conplectuntur quod & princeps ille non solum intel ligendi sed etiam dicendi Aristoteles factitat Verum qui docet nisi rem omnem ordine suo in lucem efferat uel quoniam ignoret uel quoniam inuidia laboret oīa sic confundit ut auditores dediscant Quare nos q hæc & docendo & scribendo in lucem ꝓferre conamur Non grauabimur quale sit quod diximus e cicerone ostēdere ut ad similem diligentiā exemplo ac doctrina cæteros impellamus In libris ergo de diuinatiōe ita scriptū re/ liquit cicero Si sunt dii neq; āte declarant hominibus quæ futura sunt aut non diligunt homines aut quod e uenturū sit ignorāt aut existimāt nil interesse hominū

ſire quod ſit futurum aut non cenſent eſſe ſuæ maieſta/
tis præſignificare hominibus quæ ſunt futura aut ea
ne ipſi quidem dii ſignificare poſſunt At neque non di
ligũt nos ſunt enĩ benefici generiq; hoĩnũ amici neq;
ignorãt ea quæ ab ipſis cõſtituta & deſignata ſũt neq;
noſtra nihil intereſt ſcire ea quæ euentura ſunt erimus
enim cautiores ſi ſciemus neque hoc alienum dicũt a
maieſtate ſua nihil eſt enĩ beneficẽtia præſtantius neq;
nõ poſſunt futura prænoſcere non igitur ſunt dii neq;
ſignificant futura ſunt autem dii ſignificant ergo & ſi
non ſignificant nullas uias dãt nobis ad ſignificatiõis
ſcientiã fruſtra enim ſignificarent nec ſi dant uias nõ
eſt diuinatio eſt igitur diuinatio Hæc Cicero nos uide
amus quæ uis quæ ratiocinationes huic inſit orationi
uis ineſt loci qui ab antecedentibus dicitur & eius qui
a partibus eſt principalis ille locus apartibus accedit
Argumentationes quatuor ab enumeratione partium
una qua probat annexum illud neque ante declarãt hoĩ
nibus quæ futura ſunt quibus partibus enumeratis at
que infirmatis relĩquitur ſi ſunt dii futura ab illis hoĩ
nibus declarari quã concluſionem intulit propoſitione
ipſa repetita quod ſemper fere factitat cum oratio ne/
ceſſaria rerum ſerie longior quam perſpicuitas patitur
confecta eſt Propoſitione igitur ipſa re ſumpta integrã
ratiocinationem in hoc tertio modo ſic conſtituit non
igitur ſunt dii neque ſignificant futura nã falſam illã
eſſe quã propoſuit enumeratione demõſtrauit ſi enim
aliqua iſtarũ quinque partiũ ſolum fieri poſſe uidetur

ne dii futura significent quibus minime fieri posse õni um infirmatio ne demonstratũ est repugnanĩ hæc esse probatur Si sunt dii non significant futura Huiusce nã que propositiones non pugnantes esse nõ possunt si ue rae esse nõ possunt Quare & oppositum eius intulit ne gatione adiecta uel ut uerꝝ inferat uel ut tertii modi ꝓ positione utatur uel ut ostendat repugnantiã affirma tiuæ a superioribus sequi non igitur sunt dii neque si/ gnificant futura sed sunt significant ergo ac deinde cõ clusione antecedentis loco accepta aliam repugnantem negat Repugnans hæc est Si dii futura significant nul las dant uias ad significationis scientiam hoc enĩ op/ positum præcedentis consequitur nam recte infertur si non significãt nullas dare nobis uias ad significatiõis scientiam ẽ ergo repugnans affirmatiua quã negauit ut ex ea integrum sillogismum is faciat qui intelligit hoc modo & si non significant nullas uias dant nobis ad significationis scientiã significant ut demonstratũ est dant ergo nobis uias ad significationis scientiã hãc conclusionem in tertio similiter ut & superiorem in se cundo sillogismo præcedens facit repugnantis huius Si dant uias ad significationis scientiam nõ est diuinatio quam negauit ut ex uera propositione uera inferatur ĩ tertio modo conclusio Sic nec si dant uias non est diui/ natio assũptiõem lectori docto relinquit Nullæ .n. illi curæ indocti sunt atq dant uias Hic concludit est igit̃ diuinatio Vides quo artificio locus hic præclaro illi & uiro & oratori absolutus est quẽ libenter interposuiũs

ut & quod docemus apertius faceremus & uno ipsius loco tam te & cæteros eloquentiæ studiosos q̃ docẽtes admoneaũs maiore cura q̃ faciunt opera ciceronis ex/ponere ne indoctiores reddant auditores q̃ acceperint neq; nudos animos ipsorũ sua ignorantia ineptiores ad bõa studia efficiant ueꝝ de primis tribus quas ora tori cũ dialetico Cicero cõmũes sentit satis dictum erit si illud cõmonueriũs quod iam tetigimus proter orati onis elegãtiam demi addi cõmutariq; non nulla eoꝝ posse quæ ĩ docendo ut res pateat fieri oportere asseri mus cõmutationis illud tibi exemplo sit quod negati uam diximus cõditionalem cũ conditiõis notã negatio præcedit quã Cicero postposuit cũ dicat & si nõ signi ficant nullas dant uias detractionis illud nõ igit᷑ sunt dii neq; futura significãt nam si cõditiõis particulã in prima propositiõe positam detraxit quam rem assum/ptio demõstrat Nunc nequid huic doctrinæ desit alios quatuor breuiter exponeũs quos dialeticoꝝ esse tãtum cicero est opinatus quãuis ipse orator certe sũmus dia leticus etiam si quis ita uult uel in oratiõibus nõ nũq̃ his usus sit Quartus igitur modus est cũ disiunctiuæ antecedens in assumptione ponimus ut quod sequitur infirmetur hoc modo aut dies est aut lux solaris nõ est sed dies est ẽ igitur lux itẽ aut sanus est aut ægrotat non est autem sanus ægrotat igitur Quintus modus est cũ id quod in disiũctiua præcesserit in assumptione tollit᷑ ut quod sequitur confirmetur hoc pacto uel uiuit uel mortuus est sed nõ uiuit suũ ergo diem obiit item

aut nõ eſt dies aut nõ eſt nox ſed dies eſt non ẽ igitur nox Sextus & Septimus modus ex diſiunctiua i copulatiuã mutata negatione addita conſtituũtur & ſextus q̃dem fit ſi antecedens ponitur ut coniũctũ ac cõſequẽs ĩterimatur ſic non & cœcus & uidens eſt ſed cœcus eſt non igitur uidet non & riſibile nõ eſt & hõ ſed riſibile non eſt nõ eſt igitur homo Septimus fit ſi negatiuæ ꝓpoſitionis quæ ex diſiũctiua copulatiua facta ſit antecedens tollitur ut quod ſequit̃ aſtruatur hoc modo non & prudens & ineptus ẽ non eſt autem prudens ẽ igitur ineptus ita ſeptem hi condicionales modi tres ea ex propoſitione proficiſcuntur quam conditionalem proprie appellamus duo ex diſiunctiua & duo ex copulatã negatiua in qua copula ſit ex diſiunctione uerſa hinc patet ſextum ac ſeptimum modum in quadam non in omni materia ſyllogiſmos eſſe Quare ſyllogiſmos ego potius quoſdã quam ſimpliciter appellauerim Simpliciter enim ſyllogiſmum dicimus qui ea ſtructura eſt ut ſi quæ præcedũt uera ſint concluſionis neceſſaria colligatur cõſecutio quod tam prædicatoriis quã omnibus condicionalem quinque modis ineſſe uidemus At uero hi duo poſteriores non ex omni uera coniũctiua ſed ex ea ſolum quæ ex diſiunctiua uera uerſa ſit neceſſariam habent conſecutionem hæc enim uera eſt non & homo eſt & animal non eſt in oĩbus enim contrariis ac repugnantibus quæ ſimul eidem ineſſe non poſſunt huiuſcemodi copulatiua neceſſitatem continet At ſeptimus ex ea modus confici non poteſt Non enim ſequitur ſi hõ

non ſit aĩal quoque non eſſe Item hæc uera eſt non &
lux non eſt & dies eſt lucem enim non eſſe & diem ſi
mul qui poterit? At ſextus ex ea modus confirmari non
poteſt Quod ſi ſimpliciter is eſt ſyllogimſus q ea ſtruc
tura cõſtat ut ſẽper ex ueris uera colligat idque ſextus
atque ſeptimus modus non faciat quoſdã eos non ſim
pliciter ſyllogiſmos eſſe neceſſe eſt utuntur uero tã phi
loſophi quã oratores non minus his oĩbus ſyllogiſmis
qui rei quã his qui compoſitionis gratia conſequunť
nunquam enim erubeſcunt ſi res patitur rem potius q̃
compoſitionem diligenter ſequi ut pro Milone Cicero
niſi uidiſſet poſſe abſolui eum qui fateretur non dediſ
ſet nobis tam ſalutarem in uindicando licentiã ab affir
matione.n.non præcedentis ſed annexi ratio procedit
Item quãuis preſſius ſi hic illi fecit inſidias non ſit ĩpu
ne ſi ille huic tum nos ſcelere ſoluamur in altero enim
ſi quod præcedit affirmes connexum primo modo cõfir
matur in altero ſi antecedẽs tollis tolles & conſequẽs
quod non cõpoſitionis ſed rerũ ui ſequiť Quas ob res
danda eſt opera diligenter naturã uim ac ordinem reꝶ
noſſe quod exacta topicorũ ac exquiſita doctrina polli/
cetur deinde ſyllogiſticæ cõpoſitionis uires non igno/
rare Nam ſi is mihi ſolum poſteritati digna conſcribet
qui hæc recte perceperit q hæc neglexerit eius ſcripta
tanquam floſculi celeriter decident uerũ de perfectis
ſyllogiſmis ſatis dictũ eſt Nunc de imperfecto dicaũs
Simplex cõcluſio eſt quæ unius ꝓpoſitionis neceſſaria
conſecutiõe conficiť ſimplicis hoc pacto eo ipſo tẽpore

quo romæ istud facttum dicitis ego transmare fui non ergo feci nec potui quidem facere cōpositione hoc mō contēnis tu uirtutem cum sis homo uirtutem ergo hō cōtemnit Huius rei a iunioribus qui de dialetica scrip serunt multa dant᷑ præcepta quoꝝ cognitio & difficilis est & paꝝ utilis Illud longe ad dicendum necessarium locoꝝ uim omnem exercitatiōe ꝑcipere q uod non rheto rem solum constituit dialeticum armat uerum etiam ad cæteras facultates tam ornamentum quā copiā afferre solet Nō solū modo enthimematicum facile reddit sed omniū sillogismoꝝ radices & quasi principia funditus aperit Quas obres maxima semp diligentia topica est a maioribus nostris ratio celebrata & profecto q credit absque locoꝝ idest topici artificii cognitione recte copio se facile inuenire is cum neque ꝑ se quanta sit hæc res intelligere quā neque maiores tam latinos quā græcos audiat quasi demens contemnatur Quare tu quem ego ad maiorū imitationem non casu sed recta ratione insti tuere cupio terminos quæstionis sic diligenter cōsidera ut genera species differentias propria quæ inhærent ac cidentia ꝑtes singulas diffinitiones notas antecedētia consequentia causa effecta coniugata similia coniūcta paria & rursus maiora minora contraria repugnantia ut inquam ōnia hæc quæ insunt intrisecus inspicias nec te fugiat singuloꝝ uis natura similitudo dissidentia nā si recte locos intellexeris exercitatiōe adhibita mirabi lem quandam & facilem habebis dicendi copiam nec indoctis ac rudibus auscultes qui id circo putant uel

nihil uel perexiguum nobis inde suppeditari quod ipsi nihil aut paꝝ possunt educere nec te quoniã res ardua est deterreat faciet enim eam usus facilem nam quem admodum qui lr̃as sciũt non est necesse quotiẽs legũt aut scribunt totiens cogitatione lr̃arum uim atque na/turam conquirere sic qui locos mente conceperũt exercitatiõe firmarunt usu innatos sibi effecerũt eos necesse nõ est quotiens questio proposita est totiens ad eius repositos locos reuolui sed occurrit illico peritis ad explicãdam quæstionem ut lr̃æ ad singula uerba scribẽda etiã si nõ quæris ut natura nõ arte natus ad eas non institutus esse uidearis sed pleriq; adeo sunt rudes atque agrestes ut ãteq̃ locos bene noscãt ĩueniẽdi copiã hr̃e uelĩt quasi uero quisquã uerba legere scripta possit nisi lr̃aꝝ primo figuras perceperit deinde usum lectionis sæpius ac sæpius accõmodarit uerũ indoctos tabescere sinamus nos ne indocti simus elaboreũs Omnes igit̃ loci ũde ad sillogismos mediũ quærit̃ enthimematici sunt Non enim est aliud perfecti aliud imperfecti syllo/gismi mediũ quod cũ ita sit rerũ tamen ipsaꝝ uel perspicuitas uel trita consuetudo facit ut cõclusiõe potius simplice q̃ perfecto syllogismo utendũ sit nam sicut in re paꝝ cognita ratiocinari oportet absolutius sic in re aperta propositionũ altera fastidiũ parit Verum cum tribus constet ratiocinatio propositiõibus enthimema duabus dubitare poteris qua ex præmissis conclusiõem potius enthimematis inferre soleũs quæ res ut tibi certa ratione compræhensa non sinat huc atq; illuc tamq̃

imperitum fluctuare medium terminum maiori & mi/
nori termino compara quod si æqualiter ãtecedere uel
consequi ad utrunque uidetur extremũ quod posse fieri
contenderim q̃uis raro ex alterutro aequaliter infertur
cõclusio si locorũ ui cosiderata certius aut uerisimilius
extremorum alterum antecedit aut consequitur certior
aut uerisimilior ex præmissis prætermittenda quod in
dicendo qui non obseruat non ignorantiæ solũ sed tar
ditatis quoque crimine accusandus Illud aprime tenẽ
dum simplicis conclusionis si necessaria uti debet conse
cutio est conclusionis oppositum præcedenti repugnare
sin uerisimiliter consequatur connecti posse ut mater ẽ
& filium non diligit Hæc quoniã cõnecti possũt neces/
saria illa non est cõsequutio mater est ergo filium dili/
git Ad hæc cum simplicis cõclusionis consequens alte/
rius consequentis antecedens fit & eius similiter conse
quens ãtecedit alii quod primo ãtecessit oĩũ necessaria
consecutione ad ultimum consequens procedere quod
etiã in rationalibus fieri obseruauimus hoc pacto si ri/
det homo est si homo est aĩal est & si aĩal ẽ substãtia ẽ
quare si ridet substantia est & assumendo atqui ridet
ergo substãtia est Præterea tenendũ est optime orato
res maxime in dicendo solere cum ratione aliqua quid
quam uelint comprobare unicã ꝓpositionem dicere au
ditoribus cætera relinquere habet enim plerunq; breui
tas quãdo res aperta est maiores neruos ĩplicita quos
incidit explicata oratio ut in epistola ad plancũ Sena
tus tibi non amicior est quam tota ciuitas mirabiliter

enim populus romanus uniuersus & omnium generũ ordinũq; consensus ad liberandam remp. conspirauit quæ racio & si plurimum moueat par tamen accõmo/data subtilius hæc scrutãti uidebitur nisi ad syllogismũ cuius uiribus nititur absolutius reducatur Plurimũ enĩ afferre ad comprobandũ tam senatũ q̃ totam ciuitatem amicissimã esse planco primo impetu uidet᷑ sola exami/nata languescit ac labitur quare uires nobis per sillogis mum perspiciant᷑ hoc pacto Omnes qui ad liberandã remp. mirabiliter conspirant uehementer amant eum qui remp. liberare & uult & potest sed populus ro. uni uersus & omniũ generũ ordinũq; consensus ad liberã dam remp. mirabiliter conspirauit p. ergo r. uniuersus & omniũ generũ ordinumq; cõsensus uehemẽter amãt eum qui rem publicã liberare & uult & potest Sed hæc utraque tibi insunt tibi ergo tam senatus quã tota ciui tas est amicissima Ita una propositio syllogismi unius & simplicis conclusionis uires habet Qua ex re uides quanta ignorãtia illi sunt inuoluti qui putãt in oratori bus ac maxime in Cicerone uerborum esse copiã nõ sen tentiarũ Nam cum nequid dicat nec cur dicat nec quo modo dicat intelligant uerborũque solã uenustatẽ con siderẽt damnare audẽt quæ non intelligunt nec mirum cum plerique eorum qui hanc dicendi copiam ꝓfitent᷑ quique docẽdo Ciceronis libros aperire conãtur id ita esse cõcedãt Verum tu hos ignorãtes cõtemnas & plu rima sic dicta diligẽtius examines subtilius accõmodes altius explices nec ratiocinationes putes sed inuenta ĩ/

plicite atque inuoluto conſcripta uel ut magis breuita te moueant uel ut artificium abſtruſũ lateat quod nul lus recte percipiet niſi quod inuolucris cõplicatũ eſt la tius explicet quod tamen nõ in omnibus nam cuncta quæ rationis uim obtinẽt ad prædicatorios ſyllogiſmos reduci poſſe nẽo peritus negabit non ergo in omnibus ſed in obſcurioribus faciendũ eſſe arbitror At de his ſa tis Nunc de diffinitione ac diuiſione coniũctim pauca dicamus nã ita ſe habent ut altera alterius egere uide atᷣ nec.n. niſi qui recta diſtributione uſus eſt diffinire ſe unquã ĩtelliget nec recte unquã diſtribuere poteris niſi quid ſit quod diſtribuendũ eſt circũſcripſeris Diffi nitio eſt coactæ in ſe atque complicatæ rei breuis & ab ſoluta p orationem explicatio diffinitionũ quatuor ſũt genera ſubſtãtiale deſcribens p partitioné p diuiſioné Nã qui plura faciũt ea connectũt quæ aut ad hæc facile reducũtᷣ aut leuiora ſunt quã ut diffinitiones appellari poſſint Subſtãtialis diffinitio eſt orõ quæ id quod diffi nitur quid ſit explicat breuiter & abſolute Deſcriptio é oratio quæ rei alicuius proprias poteſtates breuiter & abſolute ãplectitᷣ per partitioné diffinitio é oratio quæ per enumerationem partiũ breuiter & abſolute aliquid totum oſtẽdit Per diuiſionem diffinitio eſt orõ quæ ſpe cierũ diſiũtiõe breui ac abſoluta genus aliquod oſten/ dit Diuiſio é rei alicuius ĩ partes ſuas diſtributio eius duo ſunt genera unũ quod per ſe rem aliquã diſtribuit alterũ quod per accidens partitur Prioris rurſum tres ſunt ſpecies generis in ſpecies quæ ꝓprie diuiſio dicitᷣ

ut animalis hoc rõnale Illud irrationale Totius in par
tes quam particionem proprie possumus nũcupare ut
domus infundamenta parietes tectũ uocis in significa
tiones quæ distinctio appelletur ut canis uel piscis uel
terrestre animal uel sidus posterioris itidem tres sunt
modi quo substantiam quæ subiicitur per accidentia par
timur qui subiecti in accidentia diuisio dicitur ut homi
nũ alii pii alii Impii quo accidentia per substantias quẽ
accidentis in subiecta nominamus ut omnium quæ ex
petuntur alia incorpore alia in anima sita sunt Extre
mus est accidentis ĩ accidentia distributio ut candida
omnia uel dura sunt ut lapides albissimi uel liquentia
ut nix Hæc accidentis in accidentia diuisio sola ĩ alter
utrum separatur uti eorum quæ dura sunt quædam alba
sunt ut lapis parius quædam nigra ut terebintus & rur
sus eorum quæ nigra sunt alia dura ut hebenus alia liquẽ
tia ut pix His ita dictis illud communiter mihi præci
piendum uidetur diuisionẽ generis & eam quæ secun/
dũ accidens ẽ inopposita semp fieri & cũ oppositionis
species quatuor sint cõtraria cõmodissime oĩũ adhiberi
Contradictoria etiam & quæ per priuationẽ & habitũ
dicuntur non esse abiicienda quæ uero relatiue oppo/
nũtur si rem per se diuidimus nullum habere locum si
per accidens nõ omnĩo negligẽnda dicimus enim hõi
nes alios dominari alios seruire Item omnẽ diuisionem
ea sola excepta quæ uocẽ in significatiões distribuit ni
hil oportere plus minus ue continere Verum cum uocem
in sua significata distinguimus ea complecti nõ nunq̃

ſuficiet quæ ad rem noſtram faciunt Eſt autẽ õnis diſ
tinctio duplex Nã aut unius atq; ſimqlicis eſt termini
quæ diſtinctio æquiuoci dicit̃ aut orationis q̃ ãphibolo
giam græci nos ambiguum dicimus ut dico te æacide
romanos uincere poſſe Ambiguum adiectione termini
uel mutatione orationis aperiendum Aequiuocum ſi in
ſtitutiõe æquiuocum eſt ad grãmaticos confugiendum
dicimus autem æquiuocum quod nec accentu nec aſpi/
ratiõe nec genere nec orthographia nec numero diſtĩ
gui poteſt Sin modis quibuſdam ad multiplices uarias
que res terminus applicari poteſt aut ex ſe ſolo aut ex
adiũcto potius huiuſcemodi uim hr̃e uidetur primi di
ſtinctio non eſt unius doctrinæ Multa.n. aliter phiſi/
cus aliter primus philoſophus aliter dialeticus aliter
orator exponit Quam obrem inſanire mihi uident̃ nõ
nulli qui adeo rudes atque indocti ſunt ut audiant aſſe
rere dialeticũ æquiuocationes effugere nõ poſſe niſi ſin
gulorũ uerboꝝ uim eam ac poteſtatem optime nouerit
quæ a grãmaticis tradit̃ quam ſi aprime tẽuerit æqui
uocis ipſum implicari nõ poſſe raro.n.& pene nunquã
multiplici ſignificatiõe uerbi dialeticus aut decipit aut
decipitur Modi ergo ſunt quidam qui etiam eos ipſos
qui ratiocinant̃ fallunt quos diſtinguere unius nõ eſſe
diſciplinæ ariſtoteles oſtendit qui multa in phiſicis ut
naturalis multa ĩ prima philoſophia ut methaphiſicus
multa in ethicis ut moralis non nulla in dialeticis ut
logicus diſtinxit ueꝝ ut quale ſit quod dicimus pateat
exemplis utamur infinitũ dicimus cuius terĩnũ ĩuẽire

nō possumus unū ergo significat sed tamen alio quodā modo continuū alio discretum infinitum diciūs & hoc quidem appositione illud diuisione infinitum asserit aristoteles Tempus autem utroq; modo nam si quis cōtinuū non diuisionis termino sed magnitudinis infinitū fingit nō diuisione solum ueꝝ etiam appositiōe īfinitū dici potest Item unū inphisicis quod aristoteles continuo dicit ut linea una indiuisibili ut pūctus unus rone ut uinū temetum in quinto uero primæ philosophiæ secundū se & secundum accidens unum distinguit eiusque quod unū secundū se est multos subiicit modos ac dialetici numero specie genere ut Cicero homo animal unū dici perspexerunt ita cum unum sit quod a cæteris seiūctum sit ipsum quidē secundū quod unum est indi/uisibile est hac una eademque significatione semper dicitur modus autem uariat᷑ Alterū modum diximus cū non ex se sed ex adiuncto terminus adeo uariis atque multiplicibus accipit᷑ modis ut non eandem potestatē sed aliam atq; aliam hr̄e uideatur ut homo cum dicitur quid significet uides pro quo accipiat᷑ ignoras si disputat aut si species ē adiunxero aliter atq; aliter accepisti Has suppositiones Iuniores appellāt quas si quis penitus tenere cupiat dialeticorum qui ea de re multa ac inquisita uolumina cōscripserūt diligenter euoluat no/bis solum admonuisse terminoꝝ acceptionē ex adiūcto mutari sufficiat nam eius rei diligentior doctrina & lōgior est & ad usum oratoriū affert pene nihil Quod si quis putauerit in statu legitio ꝑ ābiguū āphibologiā

huiuſmodi poſſe incidere cũ id uſu euenerit dialeticos conſulat nos quoniã raro ac pene nunquã accidere putamus tam longã atquæ obſcuram doctrinã prætermiſſimus & hæc quæ diximus eo tendũt ne tu etiam ſicuti multi oĩum rerum ignari ad dialeticas amphibologias & æquiuocationes grãmaticũ putes multũ poſſe cõferre Nunc quoniã de uocis diuiſione diximus pauca de partitiõe totius & geẽris dſſeramus nã cæteroꝝ uel ex his quæ iã dicta ſũt uel ex his quæ dicentur apertiſſime cõſtabit Totũ igitur quatuor modis dicitur ſpecie cõtĩuo uniuerſali uirtute ac poteſtate Totum ſpecie cum partimur in ſubſtantiales partes partimur ſubſtantiales ptes ſũt ex quibus unius cuiuſque ſubſtãtia primo conſtat ut materia & forma hoc modo dicĩus hõiẽ aĩa & corpore cõſtare totũ cõtĩuũ ĩ ptes ſẽp ĩtegrãtesſcidiuſ integrãtes ptes dicĩus quæ totũ ita cõponũt ut non ad formã ſed ad materiã eius reduci uideantᷣ Haꝝ aliæ ſimiles ſũt aliæ diſſimiles Similes dicũtᷣ quæ ſunt eiuſdẽ rõnis ut caro oſſa nerui cæteraquæ quibus animalium corpora cõponũtur Diſſimiles quæ nõ ſũt eiuſdẽ rõnis ut homo in caput toracem manus & pedes in particiõe huiuſmodi præter ea quæ de omni diuiſione cõmuniter diximus dãda eſt opera ne partes partiũ cõmiſceamus nã qui hõiẽ ĩ pedes thoracẽ caput brachiũ & digitos partitᷣ aut cũ dixit caput oculos aures cæteraſq; huius addit particulas oĩa cõfundit totũ uniuerſale in ĩdiui/dua ſemper uſque diſcerpitur Totũ poteſtate eſt quod uirtutibus quibuſdã cõſtat id in uirtutes ac poteſtates

ſuas ſcinditur ut anima in uegetantem ſẽſibilem ac rationalem Non enim generis in ſpecies uel differẽtias hæc diſtributio eſt impmixtæ nãq; ſunt ſpecies ſemper atq; differentiæ nec cõtĩui cũ de ptibus ſuis cõtinuum nullo mõ prædicari poſſit nec rei ũiuerſalis ĩ ĩdiuidua uel quõiã poteſtates ipſa genera ſũt nõ ĩdiuidua uel quoniã ĩ idiuidua æqualiter uniuerſale deſcendit ueꝝ de totius diſſeparatione ſatis dictum eſt generis autẽ ĩ ꝓximas ſpecies uel differentias fiat diuiſio Nã qui dicit ſubſtã tiale aliud animatum aliud inanimatum cum non in ꝓximas differẽtias partitus ſit nõ recte diuiſit nã &ſi tam animatum quã inaĩatum ſubſtãtia eſt non tamen ĩ hæc primo ſed in corpus & ĩ incorporeum ſubſtãtia ſcĩ/ditur deinde corpus in illa & corpus aĩatũ in ſenſibile ac in ĩſenſibile eoque mõ uſque in ſpecialiſſimas ſpecies Primũ igitur diligenter aduertamus ut in primas ſpe cies uel differentias diuiſio fiat deĩde ut ſpecies potius quã differẽtias accipiamus in ſpecies enim ꝓprie gẽus nõ ĩ differẽtias ſcinditur uerũ quoniã reꝝ ſpecies pleꝝ que nõine carẽt maximeque illæ quæ rurſus tãquã ge nera diſiũgi poſſũt quas ſubalternas nũcupaũs differẽ tias ſpecieꝝ loco põimus nã cũ differẽtia ſit qua aliud ab alio diſtare aſſerĩus oĩs differentia ad diuiſionẽ quã uis nõ õnem idonea eſt differentia igitur triplex ẽ quæ actu a ſubiecto ſeparari poteſt ut ſedere ſtare candidũ eſſe nigrũ eſſe quæ actu quidẽ nõ ſeparratur ſed ſola ratione ac mente diſiungi poſſe percipiť quo mõ albus cignus a nigro coruo differre uideť & quæ nullo pacto

non modo non actu sed nec mente quidem tolli potest
Nam si tollitur id quoq; perimitur quod ea re ab aliis
differt ut rationali a cæteris homo differt & si rōnem
ab eo tollas nec homo quidem erit quā differentiā solā
in diuisione generis adhibere debemus nam reliquæ di
uisioni quæ per accidens fit accōmodantur ipsas ergo
substanciales drās quas & specificas appellari diximus
sub genere ponemus proximo semperque oppositas ut
iam dictum est inueniemus Per oppositionem negatio/
nis cum uni tantum differæ nomen sit inditum ut nūe
rorum alii primi sicut tres septem alii non primi ut nouē
per contraria ut colorum alii nigri alii albi alii neutri per
habitū & priuationem ut animaliū alia rationalia alia
irrationalia reliqua quæ relationis est oppositio in diui
sione generis locū non habet Ad hæc ordinem quendā
retinere debet diuisio ut negatio semper postrema po
natur affirmatio & habitus præcedat Nam & docemur
facilius & natura prius affirmatio & habitus est poste
rius negatio atque priuatio Diuisiōe generis usque ad
species ultimas recte deducta facile erit omnem speciē
quæ primo generi subiecta sit substanciali diffinitione
cōplecti cōstat .n. diffinitio genere ac differētiis Qua
re nec generalissimū hac diffinitione nec īdiuidua diffi
niri possunt nec .n. ultimū ultra ultimum est nec īdiui/
dua substantiali differentia differre possunt Cum igitur
rem aliquā diffinire uolūs facta diuisione supioris ge/
neris usq; ad extremas species genus eius rei proxīum
primo deinde eius generis diuidentem differentiā ge/

neri adiūgemus quæ si rei nō exæquātur ita ut cōuer/
tantur tertiā adiiciemus uel etiā quartā quousque dif
finitio nec plus nec minus sed rem ipsā perfecte abso/
luteque cōplectatur adeo ut cum ea cōuertat ut cū uo
lo diffinire hōiē primo aīal quod hōini ꝓximū geūs
est deinde r̄onale differentiā assūo dicoque hōinem ēē
aīal r̄onale qua oratiōe substātia hōinis explicata ē ni
si quis putet ut platonici cælestia quoque corpora quæ
perpetua ac īmortalia sunt r̄onalia esse aīalia tūc enim
ex sectiōe r̄onalis aīalis mortale ac īmortale mortalitas
diffinitiōi hōinis est applicāda ut hō sit aīal r̄onale ac
mortale quod si quis ut ātiqtas credebat nīphas esse
quasdā lōgæuas mortales qdem sed hoc hōinibus di/
uiniores quod se ratiocinādo discūt cū hōines si nihil
penitus audiāt nihil discāt si quis inquā id uerum esse
putabit facta huius īnominati gn̄ris distributiōe quod
nīphæ quæ sciāt ex se sciāt hōines non ex se r̄ocinādo
primo sed audiēdo re atque actu quod didicerint sciāt
diceremus hōiē esse aīal r̄onale ac mortale disciplinæ
capax ac ita demū quidquid homo erit huiusmodi erit
animal & quidqd huiusmodi animal hō erit nec plus
nec minus positū erit in diffinitione quod cum accidit
uertere retro poteris diminuta enim diffinitio uerbis
maiorē habūdās minorē rerū cumulū facit Item cum
quid sit uerbū ad īuenire studeā genus primo assūmā
& cū omnē uocē uideā in duo scindi in eā quæ aliquid
ac in eam quæ nihil significat uocem significātē dico
esse uerbū sed non sufficit nā significātiū uocū quæ na

tura significāt uerba non sūt addo igit̃ institutione si/
gnificās uerum quoniā tā nōen quam orō istitutiōe si
gnificāt ut a nomine separem cū tempore ut ab oratio
ne uerbū segregem cuius nulla pars enodare possumus
quā si species uel differētias eis primo subiectas ōnes
uel specierū diffinitiōes disiūgēdo ꝓferaūs ut substātia
est quæ uel sensu uel mente per se esse cōpræhendit̃ Et
quātitas est cuiuscūque partes uel cōmuni termino cō
iūguntur uel disiūcte aceruū ex unitatibus constituunt
hoc mō & quod ē describimus cū dicius ens est quod
uel per se cōsistit uel alteri ībæret quod si quis nō ꝓxi
ma sed lōgiora enumerat quæ tamen cūcta per multi/
tudiné cōpræhendi non possūt nō p diuisioné explicabit
sed ea orone utet̃ quā nō nulli diffinitioné nō ratione
græci περ appellāt ut substātia est uerbi grā homo e
quus bos lapis arbos & cetera Sed de diuisione ac dif
finione satis multa nunc de obligatione non nulla affe
ramus Obligationem Iuniores appellāt cū nec necessa
ria nec īpossibili re ꝓposita de ea sic disputāt ut positi/
oné custodiāt Thesis ergo quædā quā nos ifinitionem ī
rhetoricis nominaūs obligatio est quā qui defendit id
circo dicitur obligatus quod nō licet ei qdquā asserere
quod cōtra id quod posuit esse uideatur quam ad rem
præcepta etiā quædā afferunt mea sententia utilissima
Nā qui ea neglīgūt eos uideo tāquā pueros aut ōnino
rudes mō hoc modo illud incōstāter ne stulte dicā af/
firmare quod ne tibi uel in sermone uel ī scribēdo acci
dat primo diligenter caue ne quod ex re quā iam ꝓpo

fuisti sequitur uel ex ea simul cū uno pluribusue iā datis ignorāter neges ut si hominē dixeris non negabis aīal aut si hominem & eloquentem non negabis prudētem & si hæc probum quoque uirū esse nō repugnabis Contra uero si quid aut positiōi repugnat aut uni pluribus ue in disputando concessis uel quouis modo ī sermone datis id pernegandum est Aliter enim nos ipsi causam nostrā euerteremus & ex aduersarii causa nō ex nostra diceremus ita eloquentem quem dixeris ineptum negabis Hunc uero & eloquentem si imprudentē asseueres stulticiæ est Ad hæc danda est opera ne quid efferas ex quo alicuius rei quam iā protulisti oppositū eueniat ut si quem insolentē appellaueris eundē postea coli ab omnibus affirmes Sequitur enim insolentiam arrogantia & hanc odiū Quare & insolentiam præterea si quis ex his quæ iam cōcessa sunt & opposito eius quod abnuis uno pluribus ue conficitur id uero si cum asseueratione agis affirmandū est ut si quoniā ōnes homines natura eloquentes credis artificio te negas eloquentē illud constanter proferendū est nulla te obseruatione ad eloquētiā iuuari Semper igitur quidquid sequitur ex his quæ aut sponte diximus aut interogati dedimus aut etiam coacti concessimus aut oppositis eoꝝ repugnāt uel spōte si prætereundū nō est afferemus uel interogati dabimus nisi res apertissime impossibilis sit quidquid autē repugnat dictis uel opposita eoꝝ consequitur si prætermittendū non ducimus sponte negabimus interogati non cedemus nisi res plane sit necessaria ita primo se

quentia repugnātiaque perſpiciéda nec ex qualitate e
orū niſi neceſſaria uel impoſſibilia ſint ex ui cōſecutōis
uel repugnantiæ reſpondendū deinde ſi quæ huiuſmōi
ſunt quæ iuniores impertinentia dicunt ea proponunt
ex qualitate rerum ipſarum reſpondendum ac ut per ſe
neceſſarium quod nūq̄ eſt negandum ſic impoſibile per
ſe nunq̄ concedendum Quas obres ingenio ante totā
rem & quidem acriter proſpicere debemus & ſingula
eorū quæ dicimus ita conſideranda ut quidquid ex qua
cunque re conſequitur non lateat uerum quoniam ora
toris materia plerumq; ueriſſimilis raro neceſſaria eſt
ac ueriſſimilia in utramq; partem non nūq̄ trahuntur
aut habent ex altera quoque parte aliquid ueriſſimile
ut ipſa quæ ueriſſimilia ſunt quandoque opponi uideā
tur ut multi pecuniæ quam officii cupidiores ſunt cui
opponitur & ueriſſimiliter dicitur quis eſt qui non of
ficii q̄ pecuniæ cupidior ſit: Quoniam ergo ita ſe res
habent diligenter aīaduertendum eſt ne ut ignorātes
modo hoc modo illud in eadem diſputatione dicere ui
deamur quod cum omnium difficillimū in dicendo ſit
fiet facilius ſi finem quo peruenturi ſumus mente com
plectamur & quidqd dicīus eo dirigaūs ueꝝ ne quis
putet hæc præcepta quæ breuiter expoſuīus non tanto
opere utilia eſſe non grauabor uel ad doctrinā tuā uel
ad rhetoricoꝝ nr̄oꝝ cōmendationē exemplorū loco ea
dicere quæ multi ſuo & multitudinis iudicio docti īcō
ſtanter aſſerūt quos ſi uidebit̄ aliis uolūinibus nomīa
tim redargueūs ut eoꝝ memoria non ut ipſi putant cū

ſciētiæ laudæ ſed cū ignorātiæ culpa & quidē quouſque
līgua latina addā etiā græca extiterit poſteris tradat
Solēt ergo multi rhetoricæ artis ignari nobis detrahe
re ꝙ de rhetoricis ſcripſimus cū eloquētiæ prīceps. M.
Tullius multa uolūina ea de re nobis reliquerit quo
neminē unquā melius rhetoricā docuiſſe aſſerūt deīde
ſui obliti cū longius ī ſermone ꝓceſſerit Marcū Tulliū
aiunt aliter atque aliter eadem de re ſcripſiſſe ac in di
uerſis uoluminibus diuerſas opiniones tenuiſſe ex quo
rudes atque agreſtes hōines cōfici non uident cōfudiſ
ſe non docuiſſe ipſum rhetoricā nō dico hæc quod mihi
etiā. M. tullius cōfudiſſe omnia uideat ſed quod ex uer
bis eoꝝ cōſequitur id circo magis mihi ſcribendū fuiſſe
quod Cicero ut ipſi dicūt tot opiniōes ſecutus ſit quot
libros edidit Quid quod agaſo ſcripſit turpe eſt īquit
latinis a græco homine diſcere deinde cum multa uelit
oſtendere a maioribus relicta nr̄is de facultate dicēdi
uolumina ariſtotelem hermogenem demoſthenē ac iſo
craticā ſcholā in mediū adducit qui omnes quoniā græ
ci fuerāt nō dubito quin uideas irretitū uerbis ſuis te/
neri aduerſariū Hæc adiicere placuit nō ut ignorantiā
alicuius detegerem neminē enim nominaui ſed ut ītelli
gas præcepta hæc obligationis ſemper in omni ſermōe
ac diſceptatione ac multo magis in ſcribendo conſeruā
da nūquā. n. dicere cū aſſeueratiōe poteris quod cicero
admonet niſi quæ dicta ſunt faciliora tibi exercitatiōe
feceris Nā qui hæc negligūt eos uideo alioquin doctos
ea ignorātia ſua ſcripta cōnectere ut nō paruo pudore

affici soleā quādo cum huiuscemodi hominibus sermo habetˀ quos si quis reuocare ab erratis uellet nō sui uel doctrinæ ipsius gratia sed intolerabili quadā arrogantia id eum facere putarent Quare putrescant hi quidē sua inscitia quāuis doctis omnibus atque peritis dedecori sint cum inter eos enumerentur Tu uero da operā non hæc solum uerum & multo maiora & plura consequaris ut ratiōe dicendi recte habita & maiorū sciētia rerum non abiecta uere doctus & sis & uidearis : : .

.:F I N I S:.



Per Gabrielem Fontanam Placentinum
iisdem typis quibus impressae sunt
Ciceronis Topica, Oratoriae partitiones
1477.